



- 1 Melchioris Schmidij diss. de linguis sacris. 1685.
 2. ioh: Bernh: Hahn diss. de appellatione lingue
 Hebreæ, qua dicitur Sancta. 1712.
 3. ioh: Henr: Höner diss. de voris quam Hebrei vocant
 filia. 1673.
 4. Valent: friderici diss. de filia voris. 1670
 5. Henr: Liedert diss. de mandato scribendi novum testam: 1710
 6. ioh: Henr: Lyr: diss. de usu lingue Syriae 1726.
 7. ejusdem de historia lingue sanctæ 1726
 8. Mich: Ghercke diss. de fama græcæ lingue. 1716
 9. ioh: Bernh: Hahn diss. exhibens decadem obser-
 vationum philologicarum, e litteratura Græca, Græco-
 tianorum philologicarum, e litteratura
 10. ejusdem, de appellatione Lingue Græcæ, qua dicitur Sancta 1715.
 11. ejusdem, diss. exhibens decadem observationum
 philologicarum e litteratura orientali. 1715.
 12. Bernh: von Sarden diss. de loca, 1709.

DISPUTATIO PHILOLOGICA,

Evincens

57
57

I. CANES LAZARUM *Luc. XVI. 21.*
ACCEDENTES NON ESSE DIVITIS EPULONIS SERVOS.

II. PAULUM *II. Cor. XI. 25.* *NTXOHMEPON*
NON IN CARCERE, SED IN PELAGO NAUFRAGUM TRANSEGISSE.

Opposita

THEOPHILO sic dicto AMELIO,
Novo cuidam Ephemeridum Philologicarum Autori,
Quam
AUXILIANTE DEI GRATIA,
RECTORE ACADEMIÆ MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO ET EXCELSISSIMO PRINCIPE ac DOMINO
DOMINO FRIDERICO
WILHELMO,

REGNI PRUSSICI, ELECTORATUS ET PROVINCiarum
BRANDENBURGICARUM HÆREDE &c. &c. &c.
CONSENTIENTE AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE,

IN ACADEMIA PATRIA

Pro Receptione in Facultatem

publicæ ventilationi exponit

PRÆSES

M. CHRISTIANUS GABRIEL *Gischeri*

Regiom. Pruss.

RESPONDENTE

CHRISTOPHORO Langhansen/


Regiom. Pruss.

Anno MDCCXII, die XXIII. Aprilis, H. L. Q. C.

T. DELIGNERI A.D. 1712



DEO,
PATRIAE,
PATRONIS
ET
AMICIS.



Ad pag. 7.

Locus I.

De canibus Lazari ulcera lambentibus.

Lucæ XVI. 20. 21.

¶. 20. Πτωχὸς δὲ τις ἦν ὄνοματι, Λάζαρος, ὃς ἐβέβλητο πρὸς τὸν πυλῶνα
αὐτῷ ἥλικα μέντοι.

¶. 21. Καὶ ἐπιθυμῶν χορτασθῆναι ἀπὸ τῶν φυχῶν τῶν πιπλόντων ἀπὸ
τῆς τραπέζης τὰ πλεόνα διλαβῆσθαι οὐκέτι εἶχόμενοι ἀπόλετον τὰ
έλκη αὐτῷ.

Versio Lutheri.

¶. 20. Es war aber ein Armer mit Namen Lazarus/ der lag für sei-
ner Thür voller Schweren.

¶. 21. Und begehrte sich zu sättigen von den Brotsamen / die von des
Reichen Tische fielen: Doch kahmen die Hunde / und leckten
ihm seine Schweren.

s. I.

LTut hæc ipsa seu parabola seu historia plurimis sit exposita
eruditorum controversiis; nemini tamen haec tenus ab-
orta dubitatio, quin agrotantem Lazarum propriæ sic
dicti canes accesserint, ejusque ulcera delambe-
rint. Primus hoc ipsum in dubium vocare ausus est

A

AME.

AMELIUS, qui canibus hinc procul abactis, concatenata ante divitis fores mancipia mavult egisse excubias & qualescumque Lazaro tulisse opetias. Ich halte das für / inquit, daß diejenigen sehr fehlen welche hier leibliche Hunde verstehen: vielmehr glaube ich / daß bey reisserer Untersuchung der Grundsprache und anderer Umstände mehr/ durch die Hunde des reichen Mannes Thorhütter füglich verstanden werden können. Das Wort κύνες oder Hunde wird sowol bey Griechischen als Lateinischen Sribenten (præter *Sagittarium* de januis veterum, vide *Vossium* lib. IV. Instit. Orat. p. 89. & plures alios laudatos *Sauberto* c. XIV. de Sacrificiis Veterum p. 337. seq.) von den Thorhütern gebrauchet/ und sind die Ursachen den Gelehrten wol bekandt/ (quia olim cum canes tum custodes sive janitores in catenis erant) weil sonst der heilige Lucas für allen Männern Gottes die älteste Schreib-Art hat/ (de convenientia stylis Polybiani & Luca plura monent *Alex. Morn.* in notis ad N. T. *Pri-cens & Casaubonus*, quem iaprimi vide ad Matth. I. 19.) und das Wort κύνες oder Hunde wie gesaget/ bei denen zierlichsten Sribenten in einem solchen Verstande wird gebrauchet/ zweiffle ich gar nicht an dem wahren Grund meiner Erklärung: welcher auch die übrige Umstände nicht entgegen sind.. Im vorgehenden 20. vers. wird gedacht/ daß Lazarus für des Reichen Thul/ oder wie es nach dem Griechischen eigentlich lautet (πύλας, uti probe monet *Stephanus*, *Clericus* in quæst. S. p. 35 r. sunt ampliores valvæ aula seu atrii, θυρα vero foræ ipsius palatii) für des Reichen äußersten Thor gelegen. Bey solchen Thoren wurden die Thorhüter/ welche insgemein die allergeringste Knechte waren/ (erant igitur ex Mediastinorum ordine. Plura vide ap. *Petrum Pittheum* lib. II. Subcisiy. c. IX. & *Lucam Fruterium* lib. II. Verisimilium c. XI.) mit Ketten gleich denen Hunden angefesselt/ damit sie Tag und Nacht ein wachhabnes Auge hätten. Indem nun des reichen Mannes Thorhütter täglich den Lazarum für Augen sahen; und zugleich unter alles Besinde/ am nächsten umb den Lazarum waren/ haben sie dessen Wunden verbunden/ zumal da das Wort ἀπολέξει nicht allein lecken/ sondern auch verbinden/ lindern und dergleichen heisset (per metalepsin vel synthesin, cuius rei plurima in N. T. sunt exempla.) Wolte man einswerfens

werßen / daß rechte Hunde alleie müsten verstanden werden / weiln der Brosamen gedacht wird / so antworte / daß die Brosamen nicht allein denen Hunden / sondern auch denen Knechten übrig gelassen worden. (ex Plutarcho & Xenophonte hoc probat Gatackerus in Adversariis posthumis c. 43.) so gar / daß auch desßwegen die Knechte öfters Hunde oder novæ genennet sind. (locus est hanc in rem insignis Xenophontis ap. Gatackerum l. c.) Sed verò ne sub novæ hujus veritatis specie, novus error prodierit, non immerito verendum est. Evidem ea nos non tenet, qua Pontificios, canum religio, ut præsentes ulcerosi Lazari linctores, cum blandienti illo Tobiæ catello, rebus fidei accenseamus, (*) atque hinc ex severiori canum crisi errorem quendam dogmaticum, ne dicam Hæresin, metuamus; attamen cum nec in levissimis divina sit negligenda veritas, minimum ab errore critico liberare non possumus THEOLOGUM, quandoquidem Spiritus Sancti verba pro suo libitu formare, & ex quovis quodvis fingere non dubitat.

(*) vide Joh. Gerhardi Explicat. Evangel. Elencht. p. 1018.

S. II.

Quicquid certe ad nugas suas colorandas hic apponit, partim falsum, partim alienum, partim dubium & obscurum est. Quod κώνωπεν & caput novæ expositionis attinet; nondum extra dubitationis aleam positum est, custodes Græcis pariter & Latinis *canes* appellari. Quorfumcunque circumspicio, servos quidem & mancipia canum instar portas custodiare, (a) non vero canum nomen sustinere experior. Ignorant hunc reciprocum canis & custodis usum præstantissima quævis Græca & Latinalexica. Nec quicquam hæc de re obſervant utriusque literaturæ Critici apud GRONOVIUM (b) & GRÆVIM (c) in recensendis servorum apud Veteres denominationibus, officiis & similibus occupati. Quæ apud VOSSIUM (d) & SAUBERTUM (e) hanc in rem colliguntur suffragia, maximam partem a Latinis, hic removendis, mutuata sunt; & de cætero vel dubio cuidam SENECAE loco (f) innituntur; vel nil præ se ferunt aliud, quam quod canes catenarii custodum nomen aliquando tulerint; vel ad summum, quod his canibus subinde servi & abjecta valde mancipia

A z

per

per discursum assimilata fuerint. ÆSCHYLUS (*g*) ex Græcis unicūs à VOSSIO (*b*) impertinenter allegatur, siquidem hic speculatorum introducens conquerentem κυνὸς δίαινη νομιαῖς canis in morem excubare se, non canem eum vocitat, sed cani tantum comparat. Quæ mens & XENOPHONTIS (*i*) est, quem loco ap. GATACKERUM (*k*) obvio, ante alios consideratum AUTOR voluit. Concedimus quasdam apud LUCAM phrases antiquorum Græcorum idiomatici congruere, uti ex ALEXANDRI MORI, PRICÆL, & CASAUBONI in hunc Evangelistam notis videre est. Interim convenientia illa stylī tanta non est, ut in omnibus profanos ærulari Divinus Scriptor putandus sit; quare etiam si Græci veteres subinde janitores & mancipia κύνων dixerint, non tamen capropter idem necessario LUCÆ usu venit. Imo cum ille vocis significatus, si extat sit oportet rarissimus, unde constabit, quod Apostolus præcise eum hoc transsumpserit, nec vulgatissimum quo νῦν canem notat, ap. Veteres æque receptum, retinuerit?

(*a*) vide Plautum in Trinummo Act. IV. Scen. II. v. 28. & ad eum Taubmannum p. 120s. item Senecam lib. III. de Ira c. 37. & ibid. Lipsium T. I. p. 150. edit. Amstelod. 1672. 8. nec non Gatackerum Advers. Posth. c. 38. p. 387. ed. Lond. 1659. (*b*) in Thesauro Antiquitatum Græcar. (*c*) in Thesauro Antiquitat. Romanar. (*d*) de literarum permutatione p. 101. ubi remittit Lectorem ad Institut. Orat. lib. IV. c. 6. p. m. 89. (*e*) de Sacrificiis Veterum p. 337. (*f*) l. c. (*g*) in Agamemnonis init. (*h*) l. c. (*i*) Institut. l. 8. (*k*) l. c. cap. 43. p. 428.

§. III.

Sane circumstantiae textus, quas invitatas in subsidium trahit AMELIUS, adeo ipsi favent, ut aperte potius contradicant. Ex præcedenti v. 20. notandum monet: Lazarum ante extimam aulæ portam neglectum jacuisse, πυλῶνα quippe STEPHANO (*a*) & CLERICO (*b*) annotantibus esse exteriōres adiūtū valvas. Hoc vero loco cum quondam servi vilissimi, seu ut ex PITHOEO (*c*) & FRUTERIO (*d*) Autor conjicit mediastanti, fuerint custodia ergo alligati, fingit inter hos & agrum Lazarum quandam familiaritatem indicis acrevisse, tandemque vigiles Lazari forte miseria tactos ægrotantis ul-

cera

cera pollinxisse. Sed vero utut concedamus in Proseucha (e) loco mendicantium ordinario (f) seu ad vestibuli fores decubuisse Lazarum, quem pictores magno errore Epulonis triclinio fingunt proximum, ERASMO SCHMIDIO, (g) DILHERRO (h) atque ROHRIO (i) propterea vapulantes; non tamen videtur opus, ut janitores ei addamus socios. Possunt enim canes, vel villatici & venatici, in vestibulo circa aulam vagabundi; vel peregrini & erratici, à mendicis validioribus, foribusq; præsidere soliti, alias arcendi (k) majore probabilitate intelligi.

(a) in Thesauro Græco ad vocem πύλη. (b) in Quæstionib. Sacris. p. 391.
adde Bernb. Lamy Comment. in Harmoniam & concordiam quatuor Evangelistar. lib. IV. c. 16. p. 355. Paris. 1699. Q. edit. (c) lib. II. Advers. Subcisi. c. 9. (d) lib. II. Verisimilium e. II. (e) vid. Turneb. Advers. lib. I. c. 23. (f) uti ex Homeri variis locis probat Strickius Antiqu. Conv. lib. II. c. 5. p. 237. edit. Lugd. Bat. 1695. (g) in Notis & Animadvers. in N.T. ad c. XVI. Luc. v. 21. p. 590. a. & 592. b. (h) Dissertat. Academ. Tom. I. p. 723. (i) in Pictore errante c. II. secl. II. n. 12. (k) lege similem l.c.

S. IV.

Nam I. dicuntur οἱ κύνες ἐγχόμενοι, canes advenisse, non quidem moti quadam misericordia, quam irrationalibus sine ratione tribuunt Pontifici (a) M. SAM. THEOD. SCHOENLANDIO (b) notati & forte nimium inveterata EVLOGII (c) CYRILLI (d) aliorumque Rhetoricationi confisi; sed quod canes domestici, ut scire ERASMUS SCHMIDIUS (e) auguratur, mendicantem Lazarum ex aula frequentatione & quotidiana præsentia haberent cognitum, jamque eo magis acceptum, quod præter tetricum rancidi vitius & tabescens cadaveris spiraret odorem, quem sponte sua canes investigant; peregrini autem ali exanimem fere & prostratum non metuerent, sed audacius, ut cadaver conserverunt, invaderent. Quis vero vigiles ad Lazarum accessisse dixerit? Hi foribus alligati discedere neutquam poterant; nec ulla ratione videtur probabile, janitoribus excubias agentibus, mendicum adeo propinquum ad aulam accessum obtinuisse, ut vigilibus se immiscere potuerit. Sane horum officium erat, non solum peregrinos & incognitos ab ædium aditu ar-

cere sedulo, sed quævis etiam inhonestæ & à magnatum gravitate aliena spectacula amoliri. Numquid vero homine exeso, ulceroso & jamjam morituro potest esse molestius? Scilicet, ait PIGNORIUS, (f.) janitores admissent hominem ulceribus scatentem, dorso ipso liceturi quicquid oculos naufragandi Domini offendisse.

(a) ex cæteris Didacus Stella in Lucam' p. 295. (b) im Beweis / daß Luther
ri Version des N. T. wegeu vermeinter übeln Überschung etlicher Dörter die
Wahrheit bisher mit nichten aufgehält: n. Dresden 1602. 8 p. 254. (c) ap.
Photium in Biblioth. p. 1618. edit. Rothomag. 1613. (d) in Corderii
Catena Græcorum Patrum ad h.l. (e) l.c. (f) lib. de Servis p. 218.
edit. Patav' 1659. Q.

§. V.

II. Dicuntur canes ἀπολελέχεντα τὰ ἔλη οὐτῶν, delambisse
ulcera ejus: quod nequaquam de cura & obligatis ulceribus capi
potest. Descendit enim ἀπολελέχεν à verbo primitivo λέχεω, lambere,
lingere Hinc THEOPHRASTUS (a) εἴς τὴν προθίαν ὅπλῳ λέξας
χειρῶνα ἡ ὑδερ σημάνει. Et ARISTOPHANES (b) licet obſcie-
no sensu ἐν κατανεύοισι λέχων τὴν ἀπόπτυσον δέοσον. Qui lamben-
di significatus & in derivatis constanter retinetur. Sic λυχνάζει ap.
HESIODUM (c) de duobus Draconibus, qui oralambebant, & si
bila vibrabant, adhibetur, & apud THEOCRITUM (d) legimus;
καὶ οἱ λυχνάζοντες δέοντες, lambentes collum. Pariter λυχνῶν hoc
sensu ab OPPIANO (e) sumitur: οἱ δέοντες λυχνῶν φίλας
ἐνεπλάσατο πᾶῖδας. Nec abeunt abhinc composita: αναλεῖχω lam-
bo, delambo, διαλεῖχω perlambo, ἐπιλεῖχω in superficie lambo, vel lam-
bo simpliciter, περιλεῖχω circumlambo, circum circalingo. In specie
ἀπολεῖχω delambo, delingo, lambendo aufero, significat ATHE-
NÆO (f) unde & ἀπολεῖχυσά ap. HOMERUM (g) idem est.
Nullus ergo hic vel velandi vel curandi significatus locum habet. So-
lum verbum ἐνλεῖχω sensum quandam medicum præ se ferre videtur.
Illud enim DIOSCORIDI (h) idem quod ligurire, in ecligmate fu-
mure denotat, hinc & ἐνλγυμα etigma pro medicamento quod delin-
gitur, seu quod ori inditum sensim liquefit & deglutitur, h. e. pro
ἀριηγιανῳ adhibetur DIOSCORIDI. (i) Sed si dicendum quod res
est,

est, neq; hoc à propria thematis notione abit, sed specialem saltem lingendi significationem sibi vindicat. Unde non video, quo jure AMELIUS ἀπολέχειν in alium quandam sensum figuratiū traxerit, nec proprium receptumque retinuerit. Concedo lubens metalepses seu syntheles in N. T. non raro esse obvias, & in uno verbo quandoque duas significaciones peculiari lingua sanctæ idiotismo concurrere, ut exemplis GLASSILIIS (k) edocet. An vero in ἀπολέχειν quædam synthesis statuenda sit, valde dubito. Quis enim sibi persuadere patetur, janitores putida Lazari ulcera *delambisse*, & ablincta bonis modis obligasse. Sane à spurco tali ministerio natura hominum abhorret penitus. Prior autem atque propria verbī ἀπολέχειν significatio cum custodibus non conveniat, neque altera liniendi, curandi, vel contegendi notio cum priori per metalepsin hic concurrere poterit.

(a) de signis imbrum & ventorum. (b) in Equitibus. (c) in Seuto Herculis ſ. 235. (d) Idill. 19. (e) lib. III. de Venat. (f) lib. VI. (g) II. Q. (h) lib. I. c. 95. (i) lib. II. c. 125. (k) Phil. Sac. Tr. III. can. II. col. 747.

§. VI.

III. Si κύνες ἀπολέχοιτε fuiſſent vigiles Lazari ulcera obtengentes & linientes; ſequeretur, Lazarum levamen aliquod ex canum ministerio retuliffe, ſed id contra textum ſingitur. Tantum enim abeft, ut per canes quandam opem Lazaro obtigiffē Scriptura indicet, quin potius maximam ejas miseriā in eo collocet, quod canes venerint, tabidaque & dolorofa ejus ulcera lamberint. Hinc poſtquam Christus dixerat: *Et erat quidam mendicus, nomine Lazarus, qui jacebat ad januam ejus ulceribus plenus, cupiens saturari de micis, que cadebant de mensa divitiorum;* addit: ΑΛΛΑ ΚΑΙ οἱ κύνες ἐρχόμεναι απόλεχον τὰ ἔληνα ἀντα. Quæ verba SYRUS recte tranſluit **אַלְמָנָה** **כִּרְבָּא** Sed etiam canes &c. item CASTELLIO: *Quin & canes &c.* cum quo faciunt ERASMUS & BEZA, reddentes: *Sed & canes venerunt &c.* Scilicet particulae αλλαζ̄ non pro ſimpli αλλαζ̄ ſed vel tamen legendæ ſunt; verum eam habent viam atque indolem, ut ad ea, quæ poſta ſunt, aliquid ulterius aut maius addant, ceu inter alia

ex:

ex XENOPHONTE discimus, apud quem (*a*) cum Antisthenis quasdam laudes exposuisset, Socrates subjungit ἀλλὰ τὸ Φιλονεός εἶναι. Unde placet eorum institutum, qui præsentem locum per ellypsin quandam explicant; non quidem eam, quam sine Veterum exemplo, sine ullo fundamento comminiscuntur aliqui, (*b*) ut sensum forment: *Cupivisse pauperem vel micis saturari;* ἀλλὰ Verum nihil imperasse, neque in aream admissum, sed foris, non secus ut cadas ver vivum, jacuisse. Καὶ οἱ νῦν &c. atq[ue] adeo canes acciessisse; sed per illam, quam LAMBERTUS BO^(c) detexit, atque magnus ille Hamburgenſum Polyhistor DOMINUS D. JOH. ALBERT. FABRICIUS suo calculo comprobavit (*d*) hujus sententiæ: Αἰτίας δὲ μόνος ἐβέλητο ἀλλὰ τὸ νῦν ἐχόπουσον. Lazarus non solum ante fores jacuit, sed etiam canes venerunt &c. Hæc quippe rei optime convenit. Quodsi enim totam textusconomiam executimus, hoc sane edocemur, quod Christus deploratam hominis conditionem exaggerare voluerit, eoque fine summum quod erat ad extremum rejecerit. Quare Lazarum non tantum ceu mendicum, ulcerosum & famelicum depingit, sed adeo miserum & miserrimum nobis fisiit, ut viribus plane fractus, atque ante Divitis aulam decumbens, deficientे hominum ministerio, nequidem canes, spontaneos illos ulcerum medicastros abigere potuerit, sed contra horum linctum, ob familiaritatem & saniem ex ulceroso corpore scaturientem, sine dubio strenuum magno cum dolore sanitatisque detrimento ferre coactus fuerit. Dolorem certe canum lingvas Lazaro excitasse admodum est verisimile. Quippe canes αἰτήσαντες delingeant, lambendo auferebant τὰ ἔλυτα τὰ ulcera ejus. Quodsi vero iudicem LYSERO (*e*) dolore non caret, quando ulcera nondum matura attinguntur & contrectantur; quanto magis molestum erit totalem ulcerum ablationem tolerare. Valetudini etiam ille canum linctus plus obfuit quam profuit. Etenim dum ægri ulcera lambendo mundenabantur, inedia jam tum famelici, multum accrevit, atque hæc cum ex omnimoda justæ dietæ defectu debite satiari non posset vires ægrotantis reliquas exhaustit, morbi vehementiam auxit, mortem.

tem denique accersivit. (f) Locum ergo suum feliciter hic tueruntur canes, nec à decumbente Lazaro per janitores se patiuntur abigi.

(a) Apomn. III. (b) conf. eruditam M. Andr. Ludov. *Renigsmanni* disput. ad Luc. XII, 19, seq. de paradoxo, de divite epulone à Christo immisericordia non accusato, & de ejus orationis vero scopo ac argumeato, Kilonai 1708 §. 13. (c) in mysterio ellipsos p. 268. (d) in datis ad modo laudatum *Renigmannum* literis. confer, Cornel. à Lapide comment. ad h.!. (e) in Harmonia ad h. I. p. m. 131. (f) lege hic Anonymum in der Unter suchung ethischer Orter N. L. die wegen übler Übersetzung die Wahrheit aufgehoben haben, p. 187. editionis, Franckii Bibl. Annmerkungen subjunctæ.

Ad pag. 10.

Locus II.

De Paulo in profundō periclitante.

II. Cor. XI, 25.

v. 25. Τοις ἐρραβδίσην ἀπαξὲ ἐλαθάδην, τοῖς ἐνευρύμσα, νυχθύμεσον
εν τῷ Ευθῷ πεκόινα.

Versio Lutheri.

v. 25. Ich bin drey mahl gestüpet/ ein mahl gesteinget/ drey mahl
habe ich Schiffbruch erlitten/ Tag und Nacht habe ich zugebracht
in der Tiefe (des Meers.)

s. I.

Pro *βυθὸν* seu PROFUNDUM, in quo νυχθύμεσον Paulus egit scrutaturi, ipsi in profundas meditationes se demittant interpres. Neque enim sufficit turbidis maris fluctibus naufragum commisisse Apostolum, sed his in obscuro quodam magna que altitudinis puto; illis in

B

pro-

profundo abditoque carcere Paulus latitavit absconditus. Ex eceteris postremam suo animo imbibit sententiam noster, quem notamus, AMELIUS, pluribus, ut fatetur, rationibus persuasus, quibus & audacior factus, alteram quam cum LUTHERO sequimur de Paulo in aquis periclitante sententiam, his telis atque machinis impugnat: Wenn der Apostel Tag und Nacht in der Tiefe des Meeres hätte zugebracht wäre es gewiss ein grosses Wunder, welches der Heil. Geist wohl hätte aufzeichnen lassen: Allein ich bin einer ganz andern Meinung. Denn weil es nach der Heil. Sprache nur bloß heisset in der Tiefe (vox Galadonis in fonte deest) halte ich dasfür, daß der Apostel ein sehr hefliches, dunckelos oder tieffes Gesangniß unter der Erde verstehe, (sic & carcer Athenis βάθεια δέον dicitur est, confer. Valesum ad Harpocratorem). Pari ratione eleganter Paulus carcerem appellat. (SuGov.) zugeschweigen vieler Gründe, bin ich versichert, daß wenn der Apostel auf die Tiefe des Meeres gezielt hätte gar anders die Worte warden eingerichtet seyn. (altum Græci & Latini pro mari usurpant. Dixisset igitur Paulus in alto mari.) Quæ ipsa scutimus, tria potissimum adversus nos urgeri comprehendimus.

§. II.

L. AUTOR objicit: Si Paulo de profundo mari sermo esset, aliter verba informasset. Nam Graci & Latini pro mari usurpant altum; dixisset igitur Paulus se in alto mari fuisse. Sed hic ictus fecit aera. In confessio quidem positum est, Græcos & Latinos profunditatem aquæ altitudinis nomine per hypallagen denotare. Exemplum dare possunt LXX. sic dicti Interpretates, qui Habac. III. 10. ita reddidere: ἐδωκεν ἡ ἀβύσσος τῷ οὐρανῷ ἀπόφαταις αὐρίγ. Ex Latinis VIRGILIUS (a) In altum, inquiens, vela dabant lati, & LATANTIUS (b) scribens: Eadem ratione hanc vitæ viam queri opereret, quia in alto via naviibus quartitur. Quos imitati Germani dicunt: Auf die Höhe h.e. auf die Tiefe fahren. Luc. V. 4. Quin vel ipsis Orientalibus hoc in more positum est. Hinc Habac. III. 10. legimus: נָתַן תְּהוֹם קָרֵב רֹם וּדְרוֹם נְשָׁא

אֶרְם

IN PROFUNDO PERICLITANTE II. COK. AL. 2.

אֲרִים תְּהִמָּה קַלָּה חֹלֶל מִרְכָּה כְּמֵן
Elevavit Abyssus vocem suam virtutes excelsa mirabunda subsisterunt. Vulgatus autem: Dedit abyssus vocem suam: altitudo manus suas levavit. Ecquis autem nescit id nec semper nec ubique observari? Sane Graci & Latini toties, si non pluries nomine suo proprio profunditatem aquæ nominant, quoties per altitudinem eandem exprimunt. De Latinis res est satis evidens & vulgatissima, ex multis CICERO (c) mare profundum & immensum vocat. Græcorum si colligimus vota, occurrit apud XENOPHONTEM (d) πόταμος πλευτρός ἔχων πλειον δισεκάδα, & paulo post: κύβαρθρος γε ὡς δέκαν δύο αὐδερές οὖτε τὸν επὶ τῷ ἐπέζητον τῷ ὑδατον περεχρόνιον. Apud LXX. Proverb. XVIII. 4. ὑδατος βαθὺ λόγος εν παρέδια ἀνδερός, quibus similia legantur c. XX. 5. Cum igitur utrumque Graci moris sit, & altum & profundum mare dicere; quis non videt, liberum fuisse Apostolo huc hanc sive illam loquendi rationem adhibere? Aut quis disputare vellet, Paulum verba sua stylo minus frequenti ac forte elegantiori exarare debuisse?

(a) lib. I. Æneid. v. 34. (b) lib. VI. Div. Instit. c. 8. (c) Orat. pro Flacco c. VI. (d) Pæd. VIII. p. 112.

§. III.

II. Objicit: Si Paulus de profundo maris loqueretur, procul dubio addidisset: se fuisse εν τῷ βυθῷ τῆς θαλάσσης. Quando vero absolute εὐθὺς meminit, nil obstat, quo minus carceris profunditatem b. l. quis subaudiat. Anne vero adeo peregrinum atque inauditum est τὸν βυθὸν absolute positum mare & profundum ejus denotare? Sane ut Ebrai suum מצלחה inter alia Exod. XV. 5. Ps. CVIII. 24. & Latini PROFUNDI vocem pro ipso MARI adhibent. Veluti SILLIUS (a) qui Tuscī stagna profundi pro Transimenō lacu accipit, atq; etiam alibi (b) inquit: Jonio luitur curvata profundo. AUSONIUS (c) item, qui Atlantici profundi meminit: ita Graci τὸν βυθὸν usurpare solent. Prostant clara hujas rei testimonia apud LXX. Interpretes. Versatur ante oculos illud Exod. XV. 5. πόταμος ἐνάλυψεν αὐτὸς κατέδυσαν εἰς βυθὸν αὐτοὶ λόγος. & Ps. CVII. 24. Αὐτοὶ εἴ-
 doy

Ἐν τὰ ἑργα κυρίς, καὶ τὰ θαυμάτων ἀντεῖ εἰν τῷ βυθῷ (loquitur de Israelitis mare rubrum transeuntibus.) Illustris etiam THEOPHANUS locus est: (d) Ἐντάντα τῷ λογῳ γενόμενῳ ὁ σπεζ αὐτὸν τιδες σκοτίας υψηλης πολὺν ὄξωδογμάτων βυθὸν πέρις ὃν διανήσας τεθηπα δεδουμεν μὴ τῷ τὸν νομιμάτων απεργάτῳ η ἀδεσχης ήμῶν, διάφορα ύποθέσεις γένηται. In hunc jam delatus orationis locum video, tanquam ex edita quadam specula altissimum doctrinarum pelagii, quod enavigare pertineat, verius ne immensitate sententiarum imbecillat mens nostra submergatur. Cur non ergo Paulus per βυθὸν profundum maris intellexerit? Evidem vox Graeca βυθὸς VATABLO (e) & ERASMO (f) judice tam late significationis est, ut & CERCERIS PROFUNDITATEM possit comprehendere. Sed id à praesenti loco alienum est, neque caret oppositi formidine AMELLI hypothesis, qua Paulum ad similitudinem Atheniensis Barathri (g) carcere suum βυθὸν appellasse statuit. In carcere enim non *vuxθημερον*, sed tempus multo longius captivus detinetur. Nec carcer licet profundissimus tanquam naufragio major poni potest. Praterea ni fallor res in meras conjecturas abit. Quis enim carcer cui inclusus Paulus fuit? An ut vult BARONIUS, (h) Cyzicenus ille, quem refert BEDA (i) Cyzici in urbe Asiae fuisse, & ob altitudinem Bython seu profundum maris dictum? Respondet ESTIUS, (k) Cyzici nunquam praedicasse Paulum? An ergo carcer ille interior A& XVI. 23. memoratus? At in hoc non totam diem atque noctem Paulus mansit; nec carcer ille naufragio fuit periculosior? Nam Apostolus cum SILLA virginis cæsus carceri quidem includebatur, mox autem per nocturnum terræ motum liberatus, honeste & indemnis inde exire poterat. (l) Majori ergo jure ultima verba cum proxime præcedentibus *de marino Pauli periculo accipimus*, eundemque per noctem atque diem in profundo maris transegisse statuimus.

(a) lib. X. Poematum de bello Punico secundo v. 591. (b) lib. XI. v. 22.
 (c) Mosellæ v. 144. (d) Homil. VIII. p. 50. (e) in Poli Syn. Critic.
 (f) ibid. (g) de quo lege Job. Philippi Pscifferi Antiquit. Graecar. lib.
 II. c. 24. p. 230. (h) ad annum Christi 58. (i) ap. Corn. à Lap. in h.l.
 (k) Comm. ad h.l. (l) legi Casp. H. Sandhagens Thologis. Sendjreib
 hen P. II. p. m. 9.

S. IV.

Neque est ut III. excipiat AMELIUS: *Paulum in profundo maris per ux̄θ̄jus̄gov̄ h̄effisse, magnum certe est miraculum, Spiritui Sancto in Scripturis minime omitendum?* Ilbi vero hujus rei reprehendimus historiam? Nam 1. regerimus: Non omnia, quæ unquam contingere, miracula statim etiam in scripturis depingi fuisius. Multa dantur Christi & Apostolorum miraculote perpetrata facinora, quæ leviter saltem atque strictim in sacris monumentis tacta sunt. confer, Matth. IX. 35. XIV. 35. Act. II. 43. VI. 8. Sane mirum & miraculo non minus est, quod Paulus è tripli naufragio feliciter evaserit, ejus tamen rei in Scripturis nullibi, nisi in hoc loco 2. Corinth. XI. unquam facta mentio. Quæ enim ex Act. XXVII. huc nonnulli applicant, plane aliena sunt & multo recentioris, quam ut huic Paulinæ recensioni accommodari queant. Nam longe post conscriptam posteriorem ad Corinthios Epistolam hæc, quæ Act. XXVII. legitimus accidisse, notarunt Viri magna eruditione conspicui, velut BARONIUS, (a) LUDOVICUS CAPELLUS, (b) JOHAN. LIGHTFOOTUS, (c) JACOBUS USSELIUS, (d) & B. DN. D. PETRUS GRUNEBERGIUS. (e) Quid ergo mirum, si & miraculosum Pauli periculum in profundo maris perpessum in hoc uno loco ruditer saltē comonstratur. Sed II. nec opus est, ut tam notabile huic loco substernamus miraculum. Cur ita temere cum ANSHELMO & HAYMONE (f) existimabimus Paulum ad exemplum Iona ex naufragio in profundum maris demersum, ibidemque per ux̄θ̄jus̄gov̄ Divina ope servatum esse, donec liberari posset? Anne suppetit facilior rei expedienda ratio? Egregiasane sunt DAN. HEINSII cogitata, (g) quibus verba ux̄θ̄jus̄gov̄ ev̄ r̄w̄ βενθ̄ πεποίησα proverbialiter & hyperbolice posita esse arbitratur, ad indicandum summum, in quo Paulus veritus fuit, periculum, atque debere ita exponi, quod in scopolis saxis aut undis hæserit Apostolus, cœu illi quos apud Poetam:

Eurus ab alto
In brevia & syrtes urget miserabile visu
Elliditq; vadis atq; aggere cingit arenae.

utraque nempe & profundi & maris significacione combinata, quod suo fundamento non destituitur. Nam & Græci curam βυθοῦ illi cui maris tribuunt. Hinc DIO CHRYSOSTOMUS (b) εἰ μὲν ἐδέ ταὶ εἰ τῷ βυθῷ χρὴ λανθάνειν δύταιν. Ηλίστεται περιπτεσὸν ὑφάλοις πέτραις η αὐδήσους εἴρωσι. Sed neque quae in profundo ignorare potest: alias enim petris in mari abditis occultis, scopulis ignaria impingeret. Vel simplicior adhuc redditur expositio, si dicimus, Paulum naufragum die una atque nocte in alto mari sine nave esse jactitatum, aut quadam fractæ navis parte in aquis sese sustentasse. Habemus sane hac ratione antiquissimum Syrum interpretem plane ὁμόψυχον, quando vertit: per diem & nocte θώνα δὲ Σπίνατα sine nave in mari sui. Quocum faciunt Græca Scholia (i) νυχθύμεσον δὲ νυκτόν περιέντε νατὰ νευτόγιον. JOH. CHRYSOSTOMUS (k) scribens: νυχθύμεσον &c. Quidam ita id accipiunt, quod in medio mari sicut; aliis vero quasi natans; quod quidem ad similitudinem veri magis accedit. Nam illud ne admiratione quidem dignum est: neque ita positum fuisset, tanquam naufragio majus. THEODORETUS (l) item νυχθύμεσον &c. inquiens, i. e. Scapha dissipata totam noctem diemque huc & illuc a fluctibus impulsu transagi. Quibus similia habent AMBROSIUS, (m) OECUMENIUS, (n) & alii. Sic ergo firma adhuc perstat Lutheri, quam defendimus, sententia, THEOPHILO autem AMELIO defensaveritas penitus exspirat.

(a) in Annalibus ad annum Christi 58. § 42. (b) Hist. Apost. p. 26. coll. cum p. 72, adde p. 63. (c) Chronologia ad ann. 58. (d) in Annalib. V. & N. Test. p. m. 673. edit. Bremens. 1686. (e) in Actis Apostolor, Bibl. Rostochi 1705. edit. p. 12. & 16. (f) ap. Corn. à Lapide ad h. l. (g) Exercit. Sacr. ad h. l. p. m. 411. (h) Orat. 3. de regno. (i) ap. Drusium in Criticis Anglie. (k) Hom. XXV. in II. ad Cor. (l) ad h. l. p. 254. (m) ad h. l. (n) ad h. l.




00 A 6445



56.

R 1017 FL 96.



B.I.G.

Farbkarte #13

DISPUTATIO PHILOGRICA,
Evincens 51
I. CANES LAZARUM Luc. XVI. 21.
ACCEDENTES NON ESSE DIVITIS EPULONIS SERVOS.
II. PAULUM II. Cor. XI. 25. NTXOHEMEPON
NON IN CARCERE, SED IN PELAGO NAUFRAGUM TRANSEGISSE.
Opposita
THEOPHILO sic dicto **AMELIO**,
Novo cuidam Ephemeridum Philologicarum Autori,
Quam
AUXILIANTE DEI GRATIA,
RECTORE ACADEMIÆ MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO ET EXCELSISSIMO PRINCIPE ac DOMINO
DOMINO FRIDERICO
WILHELMO,
REGNI PRUSSICI, ELECTORATUS ET PROVINCiarum
BRANDENBURGICARUM HÆREDE &c. &c. &c.
CONSENTIENTE AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE,
IN ACADEMIA PATRIA
Pro Receptione in Facultatem
publicæ ventilationi exponit
PRÆSES
M. CHRISTIANUS GABRIEL Fischer/
Regiom. Pruss.
RESPONDENTE
CHRISTOPHORO Langhansen/
Regiom. Pruss.
Anno MDCCXII, die XXIII. Aprilis, H. L. Q. C.